



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

Varia Testimonia Fidei historica in Sæculo VII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35233

hostem occidissent, aut ab hoste caderent. Polygamiam permisit.

Quo vniuersos traheret, ex omnibus sectis aliquid accersuit; à Iudæis Circumcisionem, & à Suilla abstinentiã: à Christianis Christi cultum, sed cum opinione Ariana, Nestoriana, Manichæa:

1. *Ut Christum esse Dei Verbum & Filium: sed creatum & seruum, ex Maria sine semine natum:*

2. *Capti Vmbra Iudaos crucifixisse, non Ipsummet.*

3. *Interrogatum, in caelos digressum, à Deo num se Filium Dei dixisset: negasse: sibi in extremo iudicio dandas paradisi clauis.*

Fatum asseruit, destinans homines ad bonum, seu malum.

Ab Ethnicis sumpsit cultum astri *Cubar, seu Luciferi, & Luna.* Veruit instituta sua disputari.

Fabellas 113, deridiculas affinxit.

Inaudita brutis animalibus prædicabat: homines arma in hostes sumere per suasit.

Occiso primum fratre Imperatoris Heraclij, domino terræ istius, apud Damascum Syriæ Sedē regni posuit, moxque totam sibi Arabiam concilians: Psalmos composuit vitulæ rubræ, Araneæ muscipulæ, vpupæ & ranæ: vxorem alterius appetens rapuit, viro resistere prophætæ non audente; exinde polygamiam prædicauit.

Prædixit se mortuum fore per Gabrielem resuscitandum die tertia. Ergo mortuum custodiunt: à terrum foetente diffugiunt; fingunt discipuli angelum fugisse præsciam vigiliarum: deserti latius cum exedissent canes, sepeliunt residuum: Vnde quotannis canicidium

obseruant. Homeros discipulus sepulcri custos, vt adoretur, multis persuadet: Inq; posito ei templo duos inter magnos sublimis ferrea tumba pendens, velut, miraculo maledicta hodieque asseruat ossa; quò frequentissima ac difficillima feruet peregrinatio, publicis aduari sumptibus consueta.

V A R I A

Testimonia Fidei historica
in Sæculo VII.

ANNO DCI. S. Gregorius edito *Constitutum* de Monachorum Exemptione & Immunitate, Cardinalium toto Collegio, libertati congaudente. Statuta vero monasticum, vt annis præteritis sæpius, ita & hoc æuo plurimis illustrauit Deus; testibus S. Gregorij Dialogis. Vt Romæ in S. Andrea cœnobio.

Frater iunior empter, quid aris recedens, clam obsidetur à cacodæmonibus: furit.

Dimissus ab hoc percunctanti, nunquid propriè oculuerit, negat: arreptus denuo quatitur: sicque octies interrogatum, negantemque octonis intervalis contigit & diuexari, & à spiritu dimitti, donec demum fateretur: simul & omnino arceretur Satan.

Alius ibidem fugere è monasterio decreuerat: & ecce, apertis oculis cæcatus & exsensus tremuit, vociferatur.

Ad aram S. Andrea depositus à fratribus, pro eo deprecantibus, sibi redditur; culpæque dicta ait: Senex in me dilani-

laniandum immisit atrum canem: sed quidam monachi interuenientes senem pro me sunt deprecari.

Alius fugam meditans oratorium S. Andreæ prius inuit, & obsidetur: exiit: & liberatur: idemque ex hoc euenit, quoties intrasset ædem, & exiisset. Cum autem fratres collecti triduoano cum ieiunio pro eo supplices orassent, exorarunt. Liberatus affirmabat, S. Andreæ seuerè eū increpasse. Duos alios fugá lapsos, adque Salariam viam in cryptis abditos insequuntur vesperi fratres equites, quorum equi, ut ad cryptas vi nulla vel arte mobiles & fixi steterunt, illi descensione factâ cryptarum aditus, saxis obstructos, aperiunt latentes repertiunt, in miraculo & gratiam Dei, & culpam suam agnoscentes.

S. Gregorius iubet S. Augustinum in Anglia idolorum fana mutare in ecclesia, per aquam lustralem expiata. In dedicationibus conuiuari sub tētorijs ex ramis circa tēplū: quod alias cōsueissent epulari de victimis boū.

ANNO DCII. S. Sabinus Martyr auertit plagas aetela ab Ariulpho Rege Longobardorum ethnico, in prælio quo vicit Romanos & subegit Italiam.

Scire volenti quis tam fortiter se propugnasset, dicitur: Te fortius propugnauit nemo.

Ducens præter ædem S. Sabini, visa eius inibi statua ait: hic ipse est propugnator mei.

Nimirum Patronus Christianorum vertitur ijs peccatoribus in inimicum. Ast & ipse Rex, quia ingratus, anno in secuto perijt.

AN. DCIII. Dum in cæteris Mauritiij Imp. amicis Georgius Cappodox ad Phocam duceretur plectendus, vincus inuisit S. Theodorum Siceotam; qui & in fontem animat, & S. Eucharistiam daturus cum solui iubet: nolentibus custodijs, dum ei S. Hostiam porrigit, vincula vltro soluta cadunt.

ANNO DCIV. S. Gregorius vixit. Cui ad aurem columba appingi assollet; quod, teste Petro Diacono omnia dictante S. Spiritu scripsisset. Maleuolis enim Scripta ipsius in focum abiectionis, Petrus sese obiecit isto cum pacto: *Si post iuramentum, quod omnia inspirante Deo scripserit, moriar: verum me intrasse scietis: Si superuixerò, me cum libris eius comburite.*

Ergo in vmbone iurat, & obit.

Traiani animam ab inferis reuocatum precibus S. Gregorij, fabula est euidens.

In Anglia duo cogit S. Augustinus Concilia. Prius ob Britones obstinate Quartodecimanos; cætera Catholicos.

His præfracte corrixantibus ait S. Augustinus: Adducatur æger: ab vtra parte sanabitur, vera illius fuerit sententia.

Cæcus adest; quem ij sanare nequeunt; sanat S. Augustinus: cui assentiuntur cæteri: Simul orant quò plures adducant, alterum indici Concilium, quod soli gentis morem nequeant antiquare:

Ad illud dum tendunt passim, anachoretam prius consulunt, num Augustino assentiantur tuto?

Si, inquit, vobis Concilium initu-

ris assurrexerit, tunc ut miti ac humili assentire.

Eo non assurgente, omnes fremere, occlamare. Quibus ille hoc tantum: *Quia pacem à fratribus non vultis, bellum ab hostibus patiemini.* Fit. Rex Angliæ irruit in Britanniam, cædibusque flammisque miscet omnia. S. Augustinus diem obit. Similia ab Saxonibus contumaces Schismatici perpetuantur Scoti.

AN. DCVI. Phocas Imp. Cyriaco Episc. Constantinopolitano offensus, tum quod noluerit, iuxta S. Gregorij monita, proque iure debito, abstinere titulo *Vniuersalis Episcopi*, fretus Mauritio: tum quod vxorem Mauriti, ad templum confugam, ad necem tradere sibi noluerit, nisi promissa ei in monasterio victuræ securitate; decretum edit: Solum Romanum Pontificem esse, dicique oportere *Vniuersalem*. Hinc Nouatores hodierni calumniatur, à tyranno datam primum stabilitamq; Ecclesiæ Rom. prærogatiuam: cum eam habuerit inde à Christo, Euangelij, orbisque totius consensu.

ANNO DCVII. Bonifacius IV. PP. concedente Phoca, dedicat Pantheon in Ecclesiam *Deiparæ*.

Dum Sanctus Theodorus Siccota Phocam adiret, agrum sanaturus, occurrentis supplicationis in via *crucis concuti sunt vise*; quod omen quale foret percunctanti Episcopo Constantinopolitano respondit Sanctus Theodorus; Portendit hoc defectio-nes à fide, barbarorum incursiones, cædes, orbisque seditiones.

Episcopus rogans, oret pro se, ut ante moreretur, quam fata eueniant; is ait:

simul nos in cælis videbimus. Deum factum: obit Episcopus.

ANNO DCVIII. Successor Sergius item precesorat Sancti, ut præficeret benè: At demum euadit in auctorem Monothelitarum.

Eulogio Episcopo Alexandrino per visum apparens Sanctus Leo PP. gratias agit, quod epistolam eius de *Vniuersali hypostatice* scriptis defendisset.

ANNO DCX. Ab Phoca sibi metuens gener eius Priscus, scribit Prætori Africæ, ut filium suum Heraclium cum exercitu mitteret in Phocam.

Heraclius in Africa salutatus Imperator, secum in tutelam assumit *Sabatris, & Deiparæ Beate Virg. imagines*; venit nauali prælio Phocam; membris truncatatum cum exurit populus.

Idem Crispum, in Cappadocia rebus nouis studentem, clericum esse cogit. *S. Ioan. Eleemosyn.* fit Episc. Alexandrinus.

Sebertus Rex Angliæ Londini Sancto Petro templum posuit; deditque Melitum Episcopum: qui Romanum tendit seiscitatum, an sit consecrandum: nã pridie, quã dedicare illud statuerat, noctu Sanctus Petrus, habet peregrini, pacto nauo trans Tamarum transmissus à piscatore, ab innumeris Diuorum stipatus omnes ritus dedicationis obierat, sparsis cineribus, delictisque crucibus circum muros, et solennibus cunctis obseruatis. Rursum flumen transiens Apostolus ait piscatori: Quos iussu meo cepisti pisces, habere tibi pro nauo pacto; maximum tuis his affer Episcopo; & ecclesiam me dedicasse dicito; tantum ipse solennia

Missæ patret. Tu autem in Domini-
caneu pisceris; & nunquam tibi poste-
nisque tuis copia piscium deficiet.

Ex hisce quidam in piscium decimis
fraude facta, capere nullos vitra valuit,
donec confiteretur fraudem.

ANNO DCXIII. Mellito Chri-
stianos communicante, Eadualdus
Rex Angliæ ethnicus, apostata, per
iocum & sibi panem album dari iubet;
negantem expellit. At mox ab Genuis-
sus victus luit.

ANNO DCXIV. Cosrhoes
Persarum Rex captâ Ierosolymâ Chri-
stianos minimo diuendit Iudæis, eos
trucidantibus plures, quam nongen-
ta millia; Zachariam Patriarcham
cum SANCTA CRUCE, abdi-
cuit in Persiam, eademque cum reue-
rentia asseruauit, in quâ illam re-
perit Ierosolymis custoditam, ac cul-
tam.

ANNO DCXVII. Heraclio
per legatos pacem perenti ea annuit
condicione; Si per vniuersum Impe-
rium *negetur Crucifixus, & Sol adore-
tur.*

ANNO DCXX. Imperator
ergo ad bellum se parat sacrum; quo ab
ecclesiis pecunias contrahit, S. Vas-
sis etiam diuenditis; post omnia reddi-
turus.

Niceta Patricio thesaurum ecclesiæ
Alexandrinæ rapiente inuito Sancto
Ioanne Eleemolynario; huic *vasa mel-
lis in purum putum vertuntur aurum;* quo-
rum vnum transmittit Nicetæ; & ob-
dormit.

In tumultum inferendo Episcopo.

rum corpora duo cedunt loco, medium
que recipiunt.

ANNO DCXXI. Heraclius altera
Paschatis atratus ac prostratus in tem-
plo se, filium, Urbem, Imperium, *ex-
ercitumque DEO ac Deiparæ commendat;*
imaginem Seruatoris, diuinitus pictam
tenens, se iuramento facit parentem
militum; quos & filios suos appellat:
vincitque Persas.

ANNO DXXII. Costroen pro pa-
ce supplicem totâ profugat Persiâ vs-
que in Mediam, cæsis vitrà 40000. ad
50000. captiuorum dimittit. Irruens
in Persiam exercitus, æstu fessus, fra-
ctusque miraculo *rescitur de calo,* dum
sol rore coacto persusum quasi redani-
mabat, sæpius victorem.

ANNO DCXXV. Vltima tentans
Costoes Duce Sarbara barbaros inmit-
tit in Constantinopolim: Heraclius
fratrem submittit; dum signa commit-
tunt is cælo vtitur sereno, Persas *gran-
do subitus* obruit, obterit; reliquos Chri-
stianus cædit, delet.

Dux Sarbaras fugâ saluus, Hunnis,
id est, Auaribus sumptis in auxilium,
obsidet Constantinopolim terra mari-
que: obsessis interim Deo Deiparæ sup-
plicita continua ducentibus.

Ergo die decima ita soluitur obsidio:

Persæ mane primo *Reginam,* ex vrbe
prodire visam cum instructa acie,
ducereque in hostem; at castris & a-
ciei proximam declinare; hinc Persæ in-
quam irruere, persequi; sed mutuis se-
se ictibus concidere, disparente cum
copijs *Regina cæli.* Dux cum naualibus
effugiens orra tempestate, plurimos
vndis haustos desiderabat.

ANNO DCXXVI. Heraclius intra Persiam cum Razetis Ducis gemino exercitu congressus, iunctis sibi Turcis, cædit vtrumque; nec pluribus suorum, quam quinquaginta desideratis. Nimirum, nunquam ille prælium inibat, nisi *Despara Virgine solemniter inuocata*. Quare & huic aurea Razetis arma dat, dicat.

Eduinus Rex Angliæ dum tardat fidem Christi suscipere, ab immisso in eum Regis Saxonum sicario ense ictus venenato, per medium sese obijcientis corpus ferui, moræ pœnâ expendit. A vulnere precib. S. Paulini per sanatus bello, vincit Saxonem: Simul de vxoris facillimo partu latus, se Christianum fore promittit. Dum iterum moras struit, omnia conatus metiri intellectu, S. Paulinus Episcopus spiritu docetur de oraculo, quod olim Regi factum erat de sua conuersione: eratque tale.

Eduinus Rex Anglorum Borealium duxerat Edilberti Cantuariorum Regis filiam Catholicam ea conditione, vt fieret Christianus: S. Paulino eum catechizante; at lapidem: filiam ei precibus sanantem; at nequicquam. Eduinus sibi ab Edelfredo metuens sponte exulat apud Redualdum; emptum ab Edelfredo, vt obtruncaret illum. Sediti igitur mæsto apparens ignotus regnum ei spondet, si Christiana sacra susciperet: quo se velle respondente, is imposta manu capiti eius tantum ait: *Hoc tibi signum erit*. dixit, fugitque ex oculis.

Vxor Redualdo persuadet, ne Eduinum occideret; quin vi & armis defenderet.

Fit, regnoque restituit. Adhuc cunctatur Christum profiteri; S. Paulinus,

accepta reuelatione, ad eum ingreditur: impositaque capiti manu ait: *Nostin hoc signum?* Conterritus affirmat; ceditque Deo, cum Anglia tota.

In Italia Adalualdus Rex Longobardorum toxico dementatus eijcitur regno ab Arianis, suffecto Riualdo Ariano. Hic obuius Blidulpho inquit: De Columbani monachi est ille; saluatus nos resalutare nolet. At saluanti aiebat, *optarem salutem tuam, si desereres seductores S. Trinitatem in Vnitatem negantes*. Progetus Rex, Pro, exclamat, ad eo nullus mihi ex vobis, qui istum noctu mactet: Ergo satelles eodem vespero in platea excepto confringit caput, totumque coctum pro mortuo reliquit.

At à prætereuntibus dormire creditus excitatur; ab itaque illæsus.

Percussor à dæmone obsessus fatetur parricidium.

ANNO DCXXVII. Cosroes, S. Anastasio cum 70. alijs martyrio coronatis, S. Crucis prædicatoribus, vt Cant profugus agitur: minorem coronaturus filium à maiore trucidatur, cadaveri quinque diebus exposito illudatur.

Zacharias Episcopus cum Ariana captiuus & Sancta Cruce, per triumphum reducitur Constantinopolim. Occurrente Clero cum populo gerentibus palmas, lapides, cantumque; fluctumque miscentibus; Syria & Palestina Imperio adijciuntur.

AN. DCXXXIX. Heraclius per septenni bello profligato feliciter, acturus Deo gratias S. Cruc. reportat Ierosolim. Vbi ad Caluariam Crucis baiulus tendens intra portam sistitur immobilis.

Zacharia monente factum ponit, utque plebeus humeros Cruci supponit, & recta procedit. Restituta S. Cruce festo *Exaltationis* instituenda fecit initia. Per Orientem exinde peregrinans, Edessæ ademptas Nestorianis Ecclesias dat Catholicas.

Hactenus felix Heraclius Imperator. At infelix idem, dum se rebus miscens religionis, Imperium perdit. Videns enim Orientem dissidere Nestorianis, Eutychianis, & Apollinaristis, Sergio Episc. Constantinopolitano instigante, omnes in vnam ducere sententiam conatur, assertor *Vnius in Christo voluntatis & Operationis*. Vnde Monothelita dicti.

AN. DCXXXIX. Machometismus increuit: (vide in Hæresiarchis:) seq; armis confirmavit, dum Heraclius positus armis Theologiam perscrutans fit sus Monothelita. Intereaque simul Arabes irruunt in Imperium anno 631.

AN. DCXXXII. S. Amandus Episcopus Traiectensis; at exul Tornaci frustra intercedens pro suspendiario, suspensum deponit, excitat mortuum.

AN. DCXXXIII. Haumar, post Machometum tertius, vincit Heraclium, ferentem secum *S. Crucem*. Ea Ierosolymis asseruari fuerat; exponi septimanâ sanctâ, ex seculari feria quinta ab Imperatore & viris: feria sexta ab Imperatrice & feminis: sabbato ab Clero: Mirifice fragrare, ex quo nodis oleum exsudare solebat.

Cyrus Episc. Alexandrinus Heraclii iussu cogit *Concilium Alexandria*: in quo exclusum est *omne Monotheliticum*, præ-

textu hæresiū trium Nest, Euthy. & Apoll. reconciliandarum; additaque est iis quarta. Cui primus reclamavit S. Sophronius Episc. Ierosolymitanus, fraudem aperiens literis ad Concilium datis. Hæc Sergius mittit ad Papam sum suis, sententiæ catholicæ, ut suæ, explicatoriis; quas Papa, ceu Catholici viri, subscriptione dignatur. Sed fraudis edoctus ab Sophronio, silentium indici Nouatoribus rogante, indixit. Paruitq; Sergius hypocrita. Vnde quiddam visum male, cū Sergio hæresios damnato dānandū & Honorium PP. fuisse. Male, inquam: Nam & S. Sophronius idem, quod Papa, sentiens, parem incurset damnationem. Deinde primum autor Monothelismi variauit instabilis.

S. ISIDORVS igitur instat, ac impetrat indici *Synodum Toletanam IV. Generalem*: In quam Hispaniarum Rex ingressus primum supplex cum lacrymis petit pro sese preces Episcoporum: Deinde hortatur, ut in ordinanda *Officia Ecclesiastica* incumbant; doctrinam fidei contra Nouitatem definiant, & Ecclesiasticam ordinent disciplinam.

AN. DCXXXIV. Heraclius Monothelita factus infeliciter gerit rem: cuius exercitus 80000. cæditur à Saracenis; qui Catholicus cum paucioribus Persiam subegerat, & Phœniciam Ægyptum Cyrus Alexandrinus redimit: 200000. aureorum pactis annuorum: & tamen eam dein vi capiunt, ac inhabitant.

S. OSWALDVS Rex Anglorum cum paucis immensas Britonum copias profligat; sed prius ad erectam sub dio-

Crucem se, suosq; precibus commendarat. Victor omnem eliminat idololatricam: adque Crucem Deus morborum largitur petentibus confanationes.

ANNO DCXXXV. Saraceni Ierosolymam obsident: in Syria Romanum exercitum delent totum; in penam theologizantis Imperatoris hæc. At Guisli, (Saxones sunt Occidentales:) Christi fidem amplectantur, per Episcopum Pyrinum, à Papa missum.

Hic baptizato Rege, profecturus maridum ab festinantibus nautis vrgetur Sacrum Missæ abfoluere, ex festinatione pallam obliuiscitur. Prouectus à terra longius in emor, excensione facta, sicis per vndas pedibus reuertit, recipitq; pallam. solebat enim iter faciens, in ea S. Eucharistiam ferre secum assumtam.

ANNO DCXXXVI. Haumar Dux Saracenorum capit Ierosolymam; quã tenuerunt Saraceni ad annum vsq; vndecentesimum supra millesimum. Ccepit autem eã ab S. Sophronio accepta conditione, vt Christianis liceat secure sua Diuina patrare. Obiit S. Isidorus, subit hæreticus; qui degra datus fit Saracenus.

Montanus Episc. Toletanus toto Missæ tempore prunas cadentes in sinu fouit, illæta veste, ad castitatem calumniose accusatam, probandam.

AN. DCXXXVII. Saraceni occupant Antiochiam, Alexandriã, &c. obtinentque ad ann. vsq; 1098. Solum Reliquiã sunt in Occidentem exportatã: in quibus & S. Ignatii erant.

AN. DCXXXVIII. *Concilium Toleta-*

num VI. Oecumenicũ sanxit, Reges Hispaniã in auguratione sua dicere iuramentũ debere, se se Catholicã fidẽ detenturos: huic cognomẽ acceperunt Catholici.

AN. DCXXXIX. Heraclius, hæc dementatus, suã edit *Ecthesin*, id est, Propositionem de Fide vnus voluntatis & Operationis in Christo. Simul mittit ad S. Seuerinum iam electum Episcopum, quam adprobet, si confirmari velit. At reprobat, damnat, obitq; ex dolore status in Imperio infelicis.

AN. DCXL. Ioan. Papa IV. cum Concilio, totaque Africa damnat *Ecthesin* Heraclianam, & sectarios: docetq; Honorium PP. non pariter cũ ipsis velut affinem esse damnationi. Quo teritus Heraclius, negat edictum *Ecthesios* esse suum; sed demortui iam Sergii: idque edicto quod, troque in orbe Orientis & Occidentali, promulgat. Neque dũ tamẽ habendus est pro Catholico. Obiit

AN. DCXLII. S. *Oswaldus* Rex Anglorum, in prælio contra Britones cadens ait: *Deus miserere animarum.* Pulsus, vbi corruit, potus sanat morbos.

AN. DCXLIII. *Haumar* Rex Saracenorum Mahometo ponit Basilicam, sed ea corruente sepiusque inuadente, causam percunctanti responderunt Iudæi; Crucem in templo oblatum illi oppositam stare: quare eam deturberet vt persuasere, instauratum opus vastam mole sua stat. Cont. nuoque & omnes circum Cruces iussu barbari sunt excisæ.

AN. DXLV. Pyrrus Episc. Constantinopolitanus Monothelita ab S. Maximo Abbate & Martyre in publica disputatione conuictus, palam reuocat hæreticis:

resim; penitentiæ, Confessionisque libellum offert Papæ, in Romanæ Ecclesiæ communionem recipitur solenniter; hæreticis nequicquam calumniatibus esse coactum, confictam quoque vulgantibus epistolam S. Maximi ad Pyrrum, *Tres voluntates in Christo asserentem*. Contra quam S. Maximus scribit apologiam.

ANN. DCXLVII. Dagobertus Rex Franciæ concedit fatis. Eum Ioannes eremita Syriæ, (velut ipse visitanti eum Præfecto Pictaviensi narravit.) eadem, qua mortuus hora fuit, per reuelationem vidit ab dæmonibus per mare rapari; Sed *inuocantem Sanctos Martinum, Dionysium, & Mauritium ab iyslem eripit*, inque cælum subuehi canentibus: *Beatus, quem elegisti, & assumisti Domine; habitabit in atrys tuis*. Hos ille Tutelares semper coluerat; his ornatissima templa collocavit, dotauit.

ANNO DCXLVIII. Constans Imperator, suafu Pauli Episcopi Constantinopol. se Catholicum simulantis, euulgat *TYRVM*, id est, Edictum de fide vnus seu Plurium voluntatum Christi esse silendum: scilicet in gratiam Præfecti Africae, qui admissis Turcis iam rebellabat Augusto.

At Papa Theodorus V. Typum cum sectarijs anathematizabat in Concilio Lateranensi. Interim Turca post raptam Africam, Imperiũ eripit & Cyprus.

ANNO DCXLIX. Sanctus Martinus Papa celebrat *Concilium Lateranense*, 105. Episcoporum, *contra Typum & Monothelitas*. Tunc nullus toto Oriente Catholicus erat Patriar-

cha: missusque in Italiam Olympius Exarchus ab Imperatore fuit, qui Typum publicaret, perque Longobardos Arianos quateret Italiam, turbaret Concilium.

Prohibitus autem per vim Papæ, valuis affigere Typum, dolum molitur: subornat spatharium, qui percuteret Papam, ipsi Communionem porrigentem.

Sed cum spiculator in ictu cæcicaretur penitens Olympius exercitu liberat Italiam.

Prodit Concilium Toletanum VII. *de inuentione Moralium S. Gregorij* istud: Hos non extare dolens Taio Cæsar-Augustanus Episcopus mittitur à Rege Hispaniæ Romam eos inquisitum. Hos nusquam reperiente Papa, Taio petit ab Ostiario, orandi sibi nocte vna faceret copiam in Æde Sancti Petri.

Dum excubat in oratione, innumeros inter Sanctos conspicatur & *Sanctum Gregorium*, ostendentem sibi scrinium, libri condum. Amans idem Sancti Augustini, sciscitatur, an & ipse adesset? ac audit: Et vero etiam supra Sanctum Gregorium eminet.

ANNO DCL. LI. & LII. Quæ in Papam, inque Sanctum Maximum ausus Constans Imp. repere supra ex S. Martino inter Papas. *Turca & Armeniam* capiunt.

ANNO DCLX. Clodouæus frater, & successor Sancti Sigeberti Regis Franciæ, impius contrahit è templis aurea omnia & argentea, flagellante anonona

nona cum fame sæua, prætextuque elemosynæ, in egenos faciundæ. Idem à S. Dionysij corpore brachium diuulsit; ex quo pestum ire res Franciæ.

Quare ANNO DCLXII. sceleris pœnitens in Concilio monasterium Sancti Dionysii immunitate omnium donat.

AN. DCLXIII. Constans Imp. peregrinatur ad Limina Apostolorum, factoque rite Offertorio donorum ad aram protestatur, sese *Fidem Catholicam Occidentalium*, id est, *Romano-catholicam* sequi porro velle. Quocirca amplissime ab Papa Vitaliano excipitur crimina eius dissimulante; ad Ecclesiam redisse fat erat in præsens.

Grimoaldus Rex Longobardorum, bello appetitus ab Constante, quærit ex celebris sanctitatis eremita; Victorine foret? ac responsum tulit: *Iam vinces, quia S. Ioan. Baptista pro vobis orat.* (Plurima ei templa per Italiam posuerant Longobardi.) *cum autem is despicietur olim; tunc vincemini.* Rex igitur protinus eiurato Arianismo, se Romanocatholicum profiteretur, & est.

AN. DCLXIV. In Anglia renascitur *questio de Paschali die* Quartodecimano- rum: Cumque XV. luna celebrari Pascha Romæ inde vsque à S. Petro vsque probaretur; aiebat Rex: *Quia S. Petrus ostiarius est cæli, ei nolo contradici; neu me excluderit.*

Clerici & Monachi per Angliam vt Angeli colebantur; quod essent minime proprietarii aut peioris exempli.

S. Ecbertus Rex Cantuar. sæuiente vltimo peste tactus, *Vouet emendatio-*

nem vitæ, quadridui ieiunij quot hebdomadis, & quotidie se Psalterium, seu Horas Canonicas oraturum; eccleberatur peste vitamque obtinet longæ; quam clausit anno Christi 720. Ex hoc igitur se tonderi in Clericum curat, suaque omnia donat ecclesiæ, & egenis. S. Eligius in Francia viuit; obitque S. Gertrudis filia Pipini. Cuius exempla vtriusque vitæ, totidem sunt Christianæ testimonia doctrinæ.

AN. DCLXV. OSVI Rex Angliæ missis Romæ legatis dona mittit ad S. Petrum, profitens se humilè filiū Ecclesiæ. S. Eligius Episcopus Nouiomenfis obit. Hunc aliquando ex templo, perfunctus precebus Rex Clotarius cum fratre Theodorico, egrediens monebatur vt quoddam donum faceret ecclesiæ; negligit, sed fratre munus offerente: at protinus sua correptus febris luit. munera munit; febrisque remittit. Regina Bathildis translatura S. Eligij corpus vel mouere nequit. Regium ponere factum iussu aplo S. Eligio, cuidam ex aulicis apparere, sed id iudicare metuenti: ictus terræ visum refert, & resanatur. Regina Sibi eximie coornato sepulchro, regnoque filijs permisso, monasticen profectum inelita viæ sanctitate ac miraculis vixit.

S. Wandregilus, Dagoberti gener, cum vxore virgine virgo vixit. Vixit & S. Ildefonsus Episcopus Toletanus An. 667.

ANNO DCLXIX. Turcæ capiunt Siciliam: anno 671. Lyciam, Ciliciamque inuadunt.

AN. DCLXXII. Ad S. Audoenum Episc. Rothomagensem, peregrinatum Romam, vndique visingens oblationum

tionem auri & argenti conferuntur, quas Fideles passim vouerant ad Limina Apostolorum transmittendas.

S. Sebbi Rex Orientalium Saxonum in Anglia, petitam iam diu licentiam demum obtinet Monasticen profitemdi. In qua ita sancte vixit, vt Deus eum dignaretur, cui apparens Sanctus Petrus nunciaret, beatorum eum gloriam manere certam satis perfunctum. Turcæ ætate tota, totoq; dein septennio Constantinopolim nequicquam oppugnant, Deiparâ Virgine eam propugnante.

AN. DCLXXVIII. *Sudarium Christi* Christianissimus quidam Iudæus sublegerat, quo sancte obseruato copiosissime ditabatur. Moriturus filiis duobus dat optionem, vter diuitias suas, aut sudarium capiat ex asse. Hoc minor, istas natu maior delegit; sed opibus nunc sensim rarefcentibus, ille repente indies opuletebat; transijtq; ab hoc ad quintâ vltq; generationem; ac inde ad ethnicos: qui & ipsi ditabantur. Demum post longalitia sibi illud vendicantium, Christianorum ex Iudæis quidē, quod Christi; Turcarum vero, quod patrū ipsorum hæredes essent; appellatum est ad arbitrium Saracenorum Regem Mahuuiâ. Hic illud accēsam in piram, Christum rite precatus, iniicit: vnde veloci raptu euolans in aere summo per diu volucritabat, dum se in sinū Christiani demitteret, summa populi cum veneratione, & applausu: Pedes lōgum erat octo.

AN. DCLXXIX. Agatho Papa mittit in Angliam Theodorum Archiepiscopum, qui Cantum, Ritus Romanos Clerum edoceret. Idē duos Angliæ Re-

ges, prelio seuo expertos, reducit ad pacē. Eo in conflictu cecidit adolescēs Imma, mortuo similis diem noctemq; vnâ cætos interiactu: demum emergēs obligatis à se vulneribus dum abitu parat, capitur ab hoste, dissimulataq; nobilitate se rusticū profitetur. Fit nexus: at vincula identidem ei excidere. Frater eius Tūnam Sacerdos similem ipsi humarat, animamq; Deo, litatis rite pro ea sacrificijs Missarum, cōmēdabat, atq; iildem eum horis enecti vinculis contingebat: Comite, quid rei idesset, non capiente; nec signa magiæ comperiente, in captiuo diligenter examinato. Qui & ipse diu multumque miratus, demum ait; Est germanus mihi Sacerdos, qui me occisum rebitur, sacrificijsq; opitulari studebit. Iamq; familia mores vultumq; Imma obseruarunt sic, vt altioris eum indolis esse, quam vulgatis, suspicarentur, Comes solum examinat: agnitum sibi agnatum esse, Londini vendit in seruū Frisoni. Neque ab hoc vinciri valebat, præsertim horâ, qua Diuina pro ipso litabantur. Miraculum illud obtinuit ei redimēdi sui licētiâ. Datoq; lytro reuersus ad fratrem cōperit id, quod erat; horis Missæ sese euinculari contigisse.

AN. DCLXXX. *Synodus Generalis Romæ, 125.* Episcoporum, celebratur contra *Monothelitas*: in deplorāda doctorem virorum ac concionatorum inopia. Ex huius Concilii Symbolo Græci dolo malo eraserunt illud, *Filioque*.

Diva pestis sæuit Romæ, Ticini, Italiaq; tota; vt vrbes mortalitate, fugaq; hominum in montes exhaurirentur, & herbis plateæ increfcerentur. Pridie *bonus Angelus* semper videbatur, qui malum angelum

gelum venabulo fores iubebat ferire toties, quot emori postredie eadem in domo voluisset.

Accidit, vt reuelatione diuina quidam disceret, non remissuram pestem, nisi ad vincula S. Petri ara ponatur S. Sebastiano. Nec vana cecidit reuelatio, adeo salutare esse patrocinium istud est compertum. Atque inde quoque ceptus est vulgatus mos pingendi ad ædes S. Sebastiani.

S. Wamba Rex Angliæ hausto per infidias toxico iacet diu memoria destitutus. Suasioni denique parens, *uouet ingressurum sese statum religiosum*, si Deus ei memoriam reddidisset. Qua reddita damnatus voto fit monachus.

ANN. DCLXXXI. in Sessione VI. Synodi sextæ Generalis, eiectis è Concilio damnatisq; Monothelitis, *atque aranearum tela* superne in populum delapsæ *symbolum hæresos* vanillimæ dederunt. Supra prodidimus *calumniam in Honorium Papam* confictam, quod Monothelitis assensus fuisset. Ecqui enim damnatis iam ijs, istum ab Concilio dilaudari contigisset tam magnifice? Deinde ipse S. Agatho PP. est ad Imperatorem literis protestatus, nullum vnquam errasse Papam.

In Synodi sessionem XV. introgressus Polychronius Monachus Monothelita, datam abs Deo sibi Confessionem fidei aiebat, vt coram toto Concilio eam mortuo imponat suscitâdo. Verum hoc nihil minus, quâ reuiuiscete, sycophânta degradatur ritu solenni. Dånati Monothelitæ Româ appellunt; missi Romam cû literis Concilij ac Imp. in mucronem incurrun; in monasteria inclusi.

Demum Imperator in sua *Sacra Epistola* ad Papam liberat Romanam Ecclesiam à pendenda pecunia, per Gothos nouo Papæ indicta; ac dein quoque post deuictos Gothos eandem à Papa pendenti Imperatori consueta. *Ius tamen Confirmandi electum Papam*, ab Gothorum Rege tyrânice sibi vsurpari ceptum; reuertauit. Idque licet iniuste; in præsens ad hoc acquieuit Papa, quod Imperator iuuat, vt Oriens ad Fidem obedientiamque Romanae Ecclesiæ reuerteretur.

In Concilio Toletano XI. Erwigus Rex Hispaniæ depoposcit sibi *Nominacionem Episcoporum*; deinde nihilominus Capitulo proponendorum, & examinandorum. Nimirum id Gothorû tyranni per Hispaniam ceptarât. Verum interexit totum Concilium contra postulationem Regis, ac reclamauit: Itaque destitit à proposito, *liberamq; electionem ecclesijs reliquit*.

In Anglia ex longa siccitate tam exstitit tâta, vt 50. vel 60. homines unius mutuo palmis sese ex rupibus agerit præcipites. Vt primum vero sunt *Fides Christianam amplexi*; pluente cælo siccitas remisit.

In monasterio S. V. Vilfridi ibidem tactus peste puer, semper ergo S. Eucharistiam eximie pius, ab SS. Petro & Paulo apparentibus audit: *Non morieris ante Missam & Communionem: Dicq; Presbyteri Eppa, audiatas preces*: (Fratres namque interdianum ieiunium & supplicationem instituerant Numini placando.) Idq; S. Oswaldo Rege intercedente, hoc olim die defuncto. Quare Deo sacrificent grati, inque memoriam Regis Sancti.

ANNO

AN. DCLXXXIV. Sacer Clerus, Populusque Roman. supplices obtinent ab Imperatore Constante, *ut libera sibi daretur Electio Papæ*, pristino pro iure ac more; *non expectata ab Imperatoribus Confirmatione.*

Simul Imperator filios suos dat Papæ S. Benedicto II. in filios missa ad eum cæsarie eorundem: scilicet in signum, ut scirent se Episcopo subesse oportere. Ira & Carolus Rex Franciæ filium Pipinum donauit S. Luitbrando, ritu hoc, quod capillos eius resectos ad eum mittebat.

AN. DCLXXXV. Iustinianus Imp. totâ Armenia euocat Manichæos vnum in locum, atque coneremauit.

Qui dum Ecclesiæ studet, sponte supplices sibi barbaros videt pro confirmatione tributorum, quæ hætenus penderent Imperio. At post pauillum corruptus, ecce

ANNO DCLXXXVI. Petit à Papa synodi VI. Acta, quasi fideliter custodienda; sed animo, corrupendi, aut supprimendi; quo reualesceret Monothelismus.

Vindex igitur Deus excitat Bulgarios, qui rupto fœdere Syriam irruunt, & euasunt.

S. Kilianus Monachus Hiberniæ, petit Romæ ab Papa, & impetrat *Predicandi licentiam* pro ritu ordinario Missionis; simul ibidem Episcopatus inauguratus honore fit Apostolus Franconiæ.

AN. DCLXXXVIII. In Concilio Toletano XV. Egicanes Rex Angliæ fidem iuraturus Ecclesiæ, prostratus hu-

mi supplex Sacerdotum pro sese preces orat: inde iurat se iustitiam sincere obseruaturum.

AN. DCLXXXIX. Ceadualla resignat regno Britaniæ, Româ peregrinatur, ut isthic baptizetur, ac moriatur. Factum vtrumque est; obiitque in Albis. Id imitatus est successor eius *an. 726.*

AN. DCXC. S. Ecgbertus Hyberniæ monachus Zelo conuertendi Germanos ab Idololatria, nauigat Hamburgum. Visione tamen per quietem oblata ad Pictos ire iussus, maluit Germaniam. Verum quia numine aduerso, aduersa reiectus tempestate, desistit à cœpto, Autor tamen fit S. V. Vilbrordo Germanis Euangelium prædicandi. Ergo vndeuis ille cum sociis carpunt iter Romam, vnde petitam ab S. Sergio Papa licentiam auferunt euangelizandi, ut veri Germaniæ Apostoli.

ANNO DCXCI. Alachis tyrannus ducit contra Cunibertum Regem Longobardorum Catholicum: *Dirus osor Cleri* vouet; Si tulerit victoriam, se puteum testiculis Clericorum impleturum.

Prouocatus ab Cuniberto, ut secum duello decerneret, noluit; quod, ait, inter contos tuos *imaginem video S. Michaelis*, Ergo victus prælio, demum enecatur.

AN. DCXCII. Theodorus Constantinopolitanus Patriarcha, sicte Catholicus, confingit Actis Synodi VI. quiddam deesse; Symmystas hæreticos conuocat; dicunt *Synodum Constantinopolitanam Quintisextam*. In ea *Anabaptismum* restitunt; omnes *Canones* priores, præter editos

ab se, abrogant; Calibatam Clericalem tollunt; *Aras* vetant tangi ab laicis, præterquam ab Imperatore solo cum offert, &c.

At Papa è diuerso Canones ipsorum Synodi: (dictæ *Erratica*): damnat omnes; quos ipsi obtulerant cõfirmandos. Hic vero Imperator Iustinianus Ducem cum exercitu immittit in Italiam, qui aut cogat Papam illos pseudocanones confirmare, aut vincum adducere Cõstantinopolim.

Verum Itali fortiores, non viribus, sed causa iusta, propugnant Papam, propulsantque Cæsarios. S. Sergius mittit legatos ad Imperatorem, qui monerent erroris, sanæque suaderent, & ccepto desisteret; quos ille deportat in exiliũ, & denique enecat. Ad hæc quid Deus? Qui prodidit Religionem Catholicam, is à suis proditur Turcæ, vt hic Armeniam inuadens caperet ostium Imperij.

ANNO DCXCIII. Imperator Monothelita ob impietatem exosus populo, alium optanti, vicinam aule ædem B. V. Mariæ remouet, inque locum eius phialam ædificat. Vindex secutus à tergo Deus.

Nam

AN. DCXCIV. Constituerat Imperator certa nocte cunctos Constantinopolitanos contrucidare: Leontius Orientis Præfectus, iã tres annos carcere clausus per calumniam, effraçto carcere nexos soluit vniuersos, armat, inque publico clamat: Qui Christiani sunt, in S. Sophiæ præsto adsint.

Orta die in palatium irruunt, prentum Iustinianum, naso truncatum eiecit in exilium Leontius, continuo Impera-

tor acclamatus. Id quod ei duo monachi fuerant vaticinati.

Iudæi conspirant aduersus Regem, regnumque Hispaniæ, vt vna cum Christianis omnia euerteret: Sed proditi ab Concilio Toletano XVI. adiudicantur perpetuæ seruituti, bona fisco, septennes liberi baptismo, minoreque natu.

Irreperat sacrilegus abusus petentium missas de defunctis legi pro viuis, quos inimicos sibi emori citius capiebant. Hunc execratum est Concilium dictato exilio & petentibus illud, & sacrificantibus.

ANNO DCXCV. Radbodus Dux Frisiorum diro martyrio afficit S. Wigbertum, vnum ex XII. missis à Papa gentium conuersionem: reliquos XII. infula sua exclusit deportatos. Qui dispersi late fidem disseminarunt.

S. Cuibertus cum SS. V. Verenfrido & Marcellino prope Traiectum ab Sacerdotibus in carcerem compactus, nocte ab Angelo educuntur, custodius obsequi factis; & idololatriis plurimis conuersis præsertim cum & cæcum S. Suibertus conuertisset.

Qui ex hoc ad S. V. Vilfridum Apostolicum legatum, in Angliam profectus, consecratur Episcopus vt potestatis prædicaret.

S. Ansbertus Episc. Rothomagensis ab exilio relaxatus, dum se parat ad Missam, obdormit.

S. Audomarus Taruiniensium Apostolus claret miraculis, consecratque B. Austrebertam in Virginem Deo.

ANN. DCXCVI. Pipinus, subacta sibi Frisiâ, S. V. Vilbrordum ablegat Romanam

utin Episcopum consecraretur. Papa secundum quietem monitus à Deo, susceptum perhonorifice consecrat, datâ ei plenitudine potestatis Apostolicæ ad euangelizandum.

S. Suibertus adolescentem in Rheno submersum suscitât à mortuis, id quod frustra Sacrificuli attentarant: si scitatus vero vnum verum Deum prædicat. Quo vniuersa Frisia & Brabantia, damnatis idolis, nomen Christo dedit.

At in Africa & Lybia repullulât Manichæi & Donatistæ; Præsulesque, Clerusque scandalizat Fideles *publico concubinato suo*. Ecce pœnam: Saraceni Africam inuadunt, occupant, tenent. Victoque ab Arabibus ceu Turcis Leontio, & capto, Romanus exercitus reliquus acclamat Tiberium Imperatorem. Hic Constantinopoli Leontium detruncato naso procul amandat exulem inque monasterium compingit.

AN. DCXCVI. *S. Vvilibrordus* in Frisiam reuertus, & *S. Suibertus* destinant *S. Bonifacium* in Germaniam, ad proferendum Euangelium: additis ei locijs in Concilio Traiectensi. Hi Danorum quoque pueros XXX. baptizatos ali curarunt & informari, qui olim in Apostolatus sui officium succederent. *Felix Alumnatus* toti Germaniæ!

AN. DCXCVII. *S. Lambertus* Episc. Tungrensis, pellicatum Pipino dissuadens, instinctu pellicis trucidatus martyrio coronatur. Percussores vero se ipsos contrucidant: pellex ad *S. Martyris* sepulcrum accedere quoties tentat, toties retroacta repellitur. Martyr statim ab parricidio apparens *Theauratio* ait, *Romam iuimus, Româ redimus visi-*

taturi Odonem & complices parricidas. Inuitatus aliquando ab Pipino ad mensam rogante primum poculum ab eo benedici, porrigi que sibi, & ceteris ex ordine proceribus delibandû. Inter quos confertim manus porrigentes & suam pellex occultè ingerit; at à Sancto agnita, respuitur vt excommunicata. Odo igitur pellicis frater exoratus ab ea latro fecit sorori preces, sancto necem: at cui mox viscera computruerint, vt in Mosam esset eijciendus, ne aerem foetore corrumperet. Inter osculantes ipsius reliquias, si quæ pellex accesserit, ceu turbine retroacta reijcitur. Pipinus vero *Diris* intus tacitis exedebatur, & subinde quasi furijs agitabatur adusque mortem.

AN. DCXCIX. Papa in Locum *S. Lamberti* consecrat *S. Hubertum Episcopum Leodiensem*; qui in signum Fidei, ab *S. Lamberto* acceptæ, ipsius imaginem in vrbis esse sigillo iubet, cum hac epigrapha: *S. Legia Romana Ecclesie Filia*.

S. Althelmus ob eximiam doctrinam & verò sanctitatē inde ex Anglia Romam à Papa euocatur. Quo ipso tempore accidit *S. Sergium* infamari, vt qui inuentitij nouendialis infantis genitor esset. Hic igitur *S. Althelmus* infantem adiurat; *Ecfare*, ait, *in nomine IESU Christi, estne Papa Sergius genitor tuus?* Et infans: Non est ille meus pater; nullam is vnquam cognouit fœminam. Papa Sancto dat *altare portatile*, quod equo in Alpibus corruente contigit diffringi; sed crucis id signo *S. Althelmus* restituit.

Naitanus Rex Pictorum ex Vrbe ab Papa petit *de paschali tempore* determinatio;

nationem: item Romanam Clericalis Ton- gnatus est, munus accipere tantum de terra
 surae formam: item ritum primi lapidis po- Angelorum, id est Romanorum.
 nendi ecclesiae construendae. Allatam Per frequens ad Ierosolymitana ferret
 Papae super huius epistolam in Senato- loca sancta Peregrinatio ex omnibus orbis
 rum confessu ipse nixis humi genibus oris, summa cum religione, & quod mi-
 auscultat recitari: demumque sic ait; rere, pari cum securitate vel per medios
 Gratia DEO immensa, qui indignum me di- Turcas.

ERGO:

1. Dic age; Quae sincera FIDES hoc constitit AEO VII:
 At SIC PAPISTIS RES STAT ROMANA, FIDESQUE:
 Non SIC REM seruat Luthero-caluinista, FIDEMQUE.
2. IVRE SVO Proprio Papa, atque Ecclesia gaudent:
 Quis quid Ei AVGVSTVS proprio de iure remisit?
3. ANTINE CHRISTVS erat quisquam hoc ROM. in AEO VII: